



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiae Moralis
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros
partitum**

Laymann, Paul

Moguntiae

Sect: 2. De prudentia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40716

variis modis contingit; rectè agere, mediumque attingere vno modo; quare illud quidem facile est, hoc autem difficile.

NB. Præterea positis his ad virtutem etiam requiri prudentiam (discretionem) quæ in singulis operationibus, spectatis omnibus circumstantiis mediocritatem honestatemq; definiat.

SECTIO II.

De prudentia, & vitiis ei oppositis.

Quatuor sunt Cardinales virtutes; Prudentia, 1
Fortitudo, Temperantia, Iustitia.

Prudentia est virtus intellectus; ideoque moralium actionum non elicitiua, sed directiua: dux & regina omnium moralium virtutum, sine qua nulla earum consistere potest, siquidem voluntas per se ipsam, quod honestum est, persequi non potest, nisi ratio ostendat; hæc autem ratio ostendens prudentia est. 2

Prudentiæ 3. sunt actus. 1. Bene consultare (opponitur inconsideratio) 2. Rectè iudicare, (opponitur inconstantia mentis) 3. Præcipere executionem, (opponitur negligentia.) 5

Prudentia alia est monastica, (qua quisque sibi 4
prospicit, quid in actionibus singulis decens & honestum sit.) Alia gubernatiua (subdiuiditur in Oeconomicam & Civilem, hæc subdiuiditur in Architectonicam, seu principatum gerentem; & in Ministerialem, propria eorum, qui Rempublicam administrant.)

Iterum alia prudentia est perfecta ac simpliciter 5
dicta (quæ proposito vero sine totius vitæ humanæ delibe-

delibe-

deliberat, iudicat & præcipit, quid ad eum finem ac commodatè agendum sit.) Alia est imperfecta & secundum quid (quæ proposito fine speciali, consentaneè ad illum finem deliberat, iudicat, præcipit, quo modo dicitur prudens medicus, prudens mercator; qui tamen potest esse malus homo: Qui autem simpliciter prudens est, idem & bonus homo est.

• Est etiam prudentia falsa (quæ proposito fine falso, v. c. carnis commoditate convenientia media ad talem finem inquit; est mortale peccatum, si vitium finis statuatur in commoditate carnis.

Species falsæ prudentiæ est astutia, cuius executio, dolus & fraus in re graui est mortale.

7 Species imprudentiæ moralis (præcipitatio & negligentia) siue in genere moris peccati rationem sortuntur, quatenus efficacem causam, vel saltem periculum præbeat malè electionis operationis. Quæ propter qui hominem pro fera incautè occidit, non duo peccata committit, quorum vnum sit incauta circumspèctionis, alterum homicidii, sed vnicū homicidii; propterea quod consideratio & cautio eo solum fine adhibenda sit, vt homicidium euitetur.

NB. Species quæ secundum excessum sunt, videlicet prudentia carnis, astutia, rationem mortalis peccati in confessione explicandi habent, non quatenus præcise sunt vitia intellectus, sed quatenus efficacem causam præbent prauæ electionis, operis, cum quo velut forma cum materia, vnum numero peccatum in genere moris

constituunt.

•• (?) ••



SECTIO